


Jacob Fabricius   Joachim Stockmann

## **Inauguralis Disputatio, De Deliriis In Genere, Et In Specie De Phrenitide**

Rostochii: Pedanus, 1619

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729696901>**

Druck   Freier  Zugang




Inces.

J. Fabricius.

Recip: Stockholm an Bo aehorn

R. U. med. 1619.







INAUGURALIS  
DISPUTATIO,  
DE  
DELIRIIS  
IN GENERE, ET IN SPECIE  
DE  
PHRENITIDE,

*Quam*  
AUSPICE DEO T. O. M.  
SUB PRÆSIDIO  
CLARISSIMI, EXCELLENTISSIMI,  
*Speciatissimi viri,*

D. IACOBI FABRICII,  
artis Medicæ & superiorum Mathematicum  
Professoris publ. pro tempore collegij illius  
DECANI, patroni sui multis  
nominibus colendi,

PUBLICÆ PROPONIT  
Sub ingressum  
TERTII SECULI ACADEMICI,  
ad diem 10. Novembris,

M. JOACHIMUS STOCMAN  
ROSTOCHIENSIS.

86(?) 80  
ROSTOCHII  
Excudebat Joachimus Pedanus, Acad. Typog.  
ANNO M. DC. XIX.

*Præstantis: ac totis:*



REVERENDISS. ILLUSTRIS  
ET CELSISSIMIS PRINCIPIBUS

*ac Dominis,*

DN. ADOLPHO FRIDERICO,  
DN. IOANNI ALBERTO,

COADJUTORI EPISCOPÆ RACBURGENSIS,

Ducibus Megapolitanis, Principibus He-  
netorum, Comitibus Schwerinensium, & terrarum  
Rostochij ac Stargardiæ Dynastis, Domi-  
nis meis Clementissimis,

UTI ET

*Amplissimis, Prudentiss. & Spectatiss. Reipub.*  
ROSTOCHIENSIS Dominis Consulibus & Sena-  
toribus, omnibus ac singulis,

ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS  
PATRONIS MUNIFICENTISS.

*Hanc inauguralem disputationem, sub auspiciis*  
*anni secularis tertij Academici publicè*  
*propositam,*

tanquam animi subjectissimi tesseram

*ex devoto corde*

*cum debita gratiarum actione*

L. M. Q.

*offert*

M. Joachimus Stogmann.







## THESIS I.



Uae sunt Essentiales hominis partes,

1. Humana anima 2. humanum Corpus.

2. Anima divina particula aera,  
Corpus terrestris est Natura.

3. Ut apte jungerentur, provida Natura, ineffabili artificio, divinam Animam igneo spiritui primis miscuit, & corpus oleaginosam humiditate ab omni parte irrigavit, ut ita (dum anima flamma corporis oleo sese pascit) tacite devinciantur, & cohereant, amico firmoque nexu.

4. In conjunctione, Et quidem in primo amplexu, vitam consistit; dissolutio mors est.

5. Vitam varia comitantur & ornant actiones.

6. Actiones Totius sunt suppositi, ut loquuntur.

7. Ita, ut ab anima & animae Facultatibus primò, à corporis naturali dispositione proximè dependeant.

8. Anima laedi nescit, corpus saepe praternaturaliter disponunt Morbi.

9. Vitiatis organis non recte operatur anima, sed secundum has & illas facultates, vel pravè agit, vel debilitè, vel planè non.

10. Principes sensus si pravo modo agant, delirare dicuntur, & ipse affectus Delirium, Latin. Dunc. p. 245.

Græcis  $\pi\alpha\tau\alpha\phi\epsilon\sigma\iota\sigma\eta$ . Corr. &  $\pi\alpha\epsilon\gamma\iota\sigma\iota\alpha$ . Petr.

11. Modo hic maximè, modo alius, 2. Modo unus, modo plures sensus delirant, 3. nec una semper delirij forma est.

12. Diversitatem in Modo læsionis & læsarum fun-



tionum numero ostendunt, quæ passim apud Gal. occurrunt Exempla. 1. Lib. 4. de L. aff. c. 1. Cum adolescens Galenus æstivo tempore ardenti febre laboraret, depravatus communis sensus nigris floccis vestes & cubile festucis horrere putabat, & decepta phantasia magno conatu in mendacibus istis umbris occupabatur, avellendo & colligendo. Nihilominus sana mens astantes Medicos de præcauenda phrenitide monebat, illâsamq; memoriâ testabatur. 2. Lib. de Sympt. diff. c. 111. Theophilus Medicus, ex Melanchol. ager. 8. in 6. Epid. 15. Falsa perceptricem credebat, in angulo domus & sedentes & stantes tibicines, die nocteq; sonare, igitur de abigendis tibicinibus subinde exclamabat, nec tamen colloquia cum familiaribus ulla indicia præseferunt vel teste rationis vel memoria. Quin imò præteriti morbi à morbo recordabatur. 3. Lib. 2. de Mor. Musc. c. viii. Per xiiii. dies delirus ager, Romæ non Romæ sed Athenis sese versari existimat, puerumq; subinde de lavacro & alijs rebus gymnasijs cõmonefacit, satis evidenti argumento depravata memoria (vel si mavis reminiscentiâ) præsertim, cum & Megarensis itineris falsam mentionem addat, nec delirij reminiscatur. (ut Theophilus) Et tamen vera, falsa, in alijs rebus illo judicio distinguit. 4. De Laff. suprocitato loco) alius quidam anonymus, prætereunti plebecula de fenestra ostendit vitrea vasa, & an projicere velint interrogat. Norat ergo Vitra communis perceprix, & Memoria nominis recte meminerat, depravata vero male componens phantasia, & phantasiâ non corrigens ratio, faciebant, ut non solum vitra sed & puerum projiceret, tristiq; eventu vulgi risum in querelas converteret.

13. Diversitatem Formæ alij aliter distinguunt. 1. Riolan. f. 57. Unum mite dicit cum risu, alterum ferinum, & cõd; p;v; i; d; e; delirium. forsan ex aph. 13. lib. 6. &

com.



com. 1. Gal. in 1. meop. artic. 27. 2. apud Duncanum tripli-  
citer variat delirij vultus. 1. Cum visu est, 2. Cum iracundia  
& jurgijs, 3. Cum savitia & rabie. 3. apud Peucer. 1. Cum  
visu. 2. cum levi tumultu però ardentē, 3. cum irac. jurg. sa-  
vit. & rab. 4. apud Ferncl. 1. aliud cogitationis 2. Verbi,  
3. Facti dicitur, prout, vel cogitatio πνευματικῆς, vel verba  
πνευματικῆς, vel Facta accedunt ad μωρησιν i.e. sine Febre Ma-  
niam.

18. Cujuscunq; diversitatis & Formæ sit Delirium,  
1. Vel comitem habet symptomatice Febrem. 2. Vel  
Febri ἐπιβάλλεται. 3. Vel sine Febre est.

15. Cum Febre quod est Δ. Φρενίτις proprio nomine  
dicitur, quamvis Hipp. eo nomine generalius aliquando utatur.

16. Quod Febribus supervenit Δ. (πνευματικῆς Plat.)  
1. Vel in continuis Febribus. 2. Vel in intermitt. FF. pa-  
roxysmo suboritur. 1. In C. F. alias citius alias tardius, pre-  
diverso consensu cerebri, 2. in Interm. Paroxysmo, vel in initio  
vel in vigore accidit. (pueris familiare symptom. Pl.)

17. Continuae hæ Febres 1. vel simpliciter Febres  
sunt, (diar. Pl. synoch. Causon. semitertian. tertian. contin.)  
2. vel cum Inflammatione internarum partium, dia-  
phragmatis, Ventic. pleura, pulmon. Jecor. Uter. Vesica &c.  
Quin imò Pericranij inflammationem & partium prope tem-  
pora & aures, symptomaticum Δ. excitasse Zoar & Rhases  
annotarunt. 1. Delir. Ex consens. diaphr. paraphrenitis Dunc.  
& ΨδοΦρενίτις Mercat. ex Ventic. consensu πνευματικῆς &  
πνευματικῆς, teste Peucer. 2. An in consensu ἐπιβάλλεται deli-  
riorum, haberi debeat, hac ΨδοΦρενίτις disputat Trall. (ut  
notat Riol) disputet, ex Galeno certe septi inflammationem  
precedere aliquandiu antequam delirare incipiant agri, non  
obscure colligitur. c. 3. de L. aff. 5.

A 3.

18. Sines



18. Sine Febre quæ sunt Deliria, communi nomine Maniæ appellantur, Gal. de Caus. sympt. 2. c. 11. ) specialius 1. vel simplices Desipientiæ ( Fernel, 5. meth. c. 11. 2. vel Melancholiæ dicuntur, 3. vel propria nomina assumunt, 4. vel Generis nomen retinent.

19. Simples Desipientiæ, 1. vel à manifestis, 2. vel occultis Causis oriuntur. 1. Manifestæ causæ sunt. 1. Vehemens dolor. v. g. dentium. 2. Vigilia, 3. nimia inanitio & sanguinis profluvium. aph. 9. lib. 7. 4. Cerebri concussio 1. ab ictu. aph. 14. 7. 2. ab ossis præcisione 24. 7. 3. Casu. & c. 5. simulata sapius in Comædijs Mœcia, Pl. 6. Temulenta & dementans qualitas, Narcoticorum (si vel à calidis temperaturis vel cum Calidis v. g. Sp. Vini, assumantur) 1. Opij, 2. Vini, 3. Cerevisia ratione Lupuli, & lolij 4. Tabaci, 5. Fumi Carbonum & 6. Calcis in nuper incrustato vel dealbato cubiculo, 7. Radicum hyoscyami. (Pl. experim.) 8. majoris solani, 9. Venenorum, v. g. aranei - Tarantula (Rod. à Castr.) vel ex alterius rabidi animalis Morsu, Cameli, Equi, Muli, Vulpis, Mustelæ, Martis, Viverræ, hominis Plat. 110. 12. & præveniendi menstrui sanguinis. Inter occultas Causas, aliquando deprehendit experientia vermes intestinorum, & anatome cerebri vermes; Paracels. putridam nigram Menyngis maculam, Pl.

20. Melancholiæ species est *Melancholia*, & quæcunq; sine comite Febre cum metu & mæsticia sine causa conjunguntur, diuturniora Deliria. Exempla vid. ap. Marcell. Donat. & nota Holler. contra vulgarem sententiam (ut loquitur) observare, quod Febribus etiam superveniant hujusmodi deliria.

21. Propria Nomina habent, 1. aliqua Animi commotiones 1. ira Furor, 2. Furor Vindictæ, 3. Fatua concupiscentia, 4. F. philantia, 5. F. Gaudium cum lacrymis, 6. F. Terror,



Terror, 7. F. maror, 8. Furoꝝ uteri, 9. Hystericus risus & Fletus Holl. 10. Vesanus Amor Heris Pl. 11. Hydrophobia, 12. Cynanthropia, 13. Lycanth. 14. Saltus D. Viti Pl. & Paracels. 15. dæmoniaca obsessio. &c.

22. Quæ Neq; simplices desipientiæ, Neq; Melancholiæ sunt, neq; alio proprio nomine denominantur, vel deliria, vel maniæ, magis vel minus generali appellatione, dicuntur.

23. Antequam hinc abeas, Nota si lubet, usitata in hisce affectibus vocabula. 1. Quemadmodum  $\mu\alpha\iota\nu\epsilon\delta\omega\iota$  In delirio sine Febr. sic  $\Phi\epsilon\rho\epsilon\pi\acute{\iota}\tau\epsilon\upsilon$  de delirio cum continua F. &  $\pi\alpha\rho\alpha\iota\psi\alpha\iota$   $\pi\alpha\rho\alpha\chi\theta\eta\upsilon\alpha\iota$  ( $\pi\alpha\rho\alpha\theta\eta\iota\upsilon\alpha\iota$  etiam legi Peuc. monet)  $\pi\alpha\rho\alpha\lambda\eta\rho\eta\sigma\alpha\iota$ ,  $\pi\alpha\rho\alpha\Phi\epsilon\upsilon\eta\sigma\alpha\iota$  de delirio in Vehementis F. vigore usurpatur Dunc. ex comm. Gal. in j. prorb. artic. j. Peucerus  $\pi\alpha\rho\alpha\pi\acute{\iota}\sigma\alpha\iota$  addit. 2. Petreus in levioribus Hipp.  $\pi\alpha\rho\alpha\Phi\epsilon\upsilon\eta\sigma\alpha\iota$ ,  $\lambda\eta\rho\eta\sigma\alpha\iota$ ,  $\pi\alpha\rho\alpha\lambda\eta\rho\eta\sigma\alpha\iota$ , Gal.  $\pi\alpha\rho\alpha\pi\acute{\iota}\sigma\alpha\iota$   $\pi\alpha\rho\alpha\kappa\rho\epsilon\upsilon\sigma\alpha\iota$ : In Gravioribus D. hosce autores  $\epsilon\kappa\sigma\eta\alpha\iota$   $\mu\alpha\iota\eta\upsilon\alpha\iota$ ,  $\epsilon\kappa\mu\alpha\gamma\eta\eta\alpha\iota$ , in utroq; genere  $\pi\alpha\rho\alpha\iota\psi\alpha\iota$  usurpare annotat.

24. Hactenus de Delirijs in Genere, Nunc de phrenitide specialiter. 1.  $\Phi\rho\epsilon\upsilon\iota\lambda\iota\varsigma$ ,  $\Phi\rho\epsilon\iota\tau\iota\varsigma$  ab affecta parte  $\pi\alpha\rho\alpha\tau\epsilon\varsigma$   $\Phi\rho\epsilon\upsilon\delta\iota\varsigma$  dicitur, quod mens male habeat, potius quam  $\pi\alpha\rho\alpha\iota\tau\omega\upsilon$   $\Phi\rho\epsilon\upsilon\omega\upsilon$  1. præcordijs. (sunt qui persicæ lingua fontes non repugnare ajunt hujus vocis derivationi, & quidem phrenon velamen & sen apostema significare, inde dici  $\Phi\rho\epsilon\upsilon\iota\tau\iota\varsigma$ . dicitur etiam syriacis præsertim in pueris, Arabicè Karabitus generaliori vocabulo: (Kara rationem & Bitos permutationem notat,) & strictissimo Sarsen. Sars enim Caput est ut Hir, pedus. 2.  $\Phi\rho\epsilon\upsilon\iota\lambda\iota\varsigma$  est Fervida Intemperies Cerebri ab exæstuante intra cranium Calido humore, cum continuo delirio & continua comite Febre. 1. Proximum Genus est Intemperies quia principes actiones lædit hic morbus (non solum impedit) & principum actionum

Inte-



*Integritas à temperie primò dependet. Mercat. .2. Affectus  
 locus est cerebrum, ita ut insiti spiritus praternaturali calo-  
 re Exagitentur & conturbentur. 3. Proxima Causa, est Ex-  
 astuans in Cranio Calidus humor. 1. Calidi & incendio apti hu-  
 mores sunt, Spirituosus sanguis, & nitrosulphurea bilis, sive  
 pallida, sive flava, sive usta sit, perinde est, modo flammam  
 alere possit .2. Hi duo H. vel puri vel misti, vera Causa sunt,  
 si qui alij miscentur, Materialiter tantum, non Formaliter  
 Causa fiunt, ut Metaphysica schola loquitur. 3. Raro in Ce-  
 rebro tantum coacervantur, saepius aliunde affluunt & vel per  
 idē attrahuntur ( ut dolente Capite ab ictu, casu, confusio-  
 ne Vulnere & c. vel incalescente ab astivo sole, Lunaribus ra-  
 dijs, balneo, frictionibus, vehementiori mentis Exercitio, vi-  
 gilij ) vel per sōv irruunt sive quod ultro in plethorico,  
 cacochymico corpore turgeant, sive quod commoveantur pra-  
 cedente ira, Exercitijs, vino, Medicamentis, Febrili Calore  
 & c. ( de F. C. placet adscribere verba Mercati. In plerisq; Fe-  
 bribus contingit ut delirium ex consensu si negligas in veram  
 phrenesin permutetur, si quidem frequenti experimento con-  
 stat, qui moriuntur ex acutis & Malignis Febris aut Inter-  
 nis Inflammationibus potius ex phrenitide aut alio gravi affectu  
 capitis mori, quam vi & Efficacia primi Mali. haecenus Mer-  
 cat. obiter adde, si ager non recordetur delirij à delirio, plus  
 habes quod metuas de d& negadéa, si item vehementius de  
 occipitij dolore conqueratur. )*

*4. Sive congeratur sive Influat causa. 1. vel in Vasis sic  
 ebullitio. 2. vel in Tumorem collecti humores instar Carbonis  
 in certo loco excandescunt 3. vel Cerebri substantiam ut bibu-  
 lam spongiam magis vel minus late imbuunt, & quaqua versum  
 praternaturali suo calore tingunt, chymica significatione. de  
 hisce differentijs vide Mercat.*

*s. Effer.*



5. Effervescencia occasio est, prohibita transpiratio, vera causa peculiaris sulphurea dispositio, qualis est in vini spiritu, vulgari sulphure & nitro.

6. Ceterum hic, (utpote in vera phrenesi) non quavis momentanea ebullitio sufficit, sed ut fixam habeat causam, & insitum quasi ignem, requiritur. attamen perinde est, sive hac scintilla repente & ultro ex occulta potentia & seminio emergat, sive ab externa causa exsuscitetur, sive à febrilibus fumis per diuturniorem & vehementiorem sympathicam imprimatur.

7. Apostemata & in Menyngibus, & in ipsa substantia cerebri, & in utrorumq; confinijs, hac vel illa parte, sedem figere possunt, communicari item & permutari i. e. prima incunabula deserere, & ex loco ubi nasci incipiebant aliò transire.

8. Frequentius dura menynx apostemata patitur, (1. Quia ad ignobiliorem partem Natura suas molestias deponere consuevit, tanquam in proprium locum. 2. quia sanguine magis turget, & ab exundationis periculo propius abest.) Et anterior pars cerebri, cum ob easdem causas (suo modo) tum quod calidiore temperamento humores attrahat, & humida laxa substantia facilius admittat.

9. Qui cerebrum irrigant, & se tacite undiquaq; insinuant, tennes humores sint necesse est.

4. Propria accidentia sunt, Delirium, & Febris. Febris ex consensu Inflammata principis partis vel synochi vel causi naturam ostendit. De delirio nota 1. Perpetuitatem non negare remissionem. 2. In initio morbi aliquando fieri posse ut interrumpatur, non admodum progrediente morbo. (Exempl. Hipp. in historia illius qui in Dealcis horto habitabat.) 3. aliquando quarto demum die manifesta (ita enim

B

intelli-



intelligi debent Aëtiij verba) indicia delirij sese ostendere.

4. Delirias actiones esse: Si subinde cum tumultu evigilet ager; hinc inde in lecto inquiete membra volutet, & sine verecundia retegat, quæ non videt vel audit se audire & videre imaginetur, muscas captet, floccos carpat, festucas colligat, abigat spectra, agitata lingua temere nugetur, garriat, futura prædicat (aliquando in Rhafis fratre deliro præsagio respondit eventus) sine causa rideat, respondeat, vociferetur, torvo vultu rixetur, calcitret, familiares ut hostes excipiat, & mordicus impetat, vel quovis alio modo alienos mores præseferat; si deniq; in suis phantasmatis ita occupetur, ut vel plane aversetur, vel fixis oculis ad tua alloquia respiciat, nihil respondeat, vel & in medio sermone præmissorum verborum obliviscatur, si non retrahat linguam, cum jussu Medici exseruit, (aliquando dentibus ita stringunt ut inde Inflammetur) non cogitet de poscendo potu, deponenda alvo, excernenda urina, etiã se manu teneat matulam, nec item vel poculum vel matulam reddat, non sentiat dolores &c. s. hæc symptomata ratione temporis & vehementiæ morbi, numero & vehementia variare.

5. Signa affectæ partis, morbi & morbificæ causæ sic accipe.

1. In-phrenitide, 1. Cerebrum affici maxime arguit laesio actio, 2. Feruida Intemperie affici, depravatio, seu Laxioris Modus, & comes Febris. 3. propriâ, magnâ & perseverante causa, delirij perpetuitas & absentia cõsensus signa. (Præter prædicta hæc sunt & alia quæ supra dicuntur; rara & magna respiratio, Lippientes & levis impuri oculi lucem averfantur, alteruter sapius acri lacryma stillat, extrema vel frigent vel non ita calent, ut ratione febris debebant, tremunt item, & jectigantur aliquando.)

2. Hu-



2. *Humorum signa, plethora & cacochymia, ex generali σημεῖων ἑπιπέτε, & mixta signa mixtos humores prodere memento. 1. Sunt ergo mitiora sanguinis, & ferociora bilis deliria, & diversus gradus ferocia, diversam malitiam pallida, flava, usque bilis sequitur. 2. si qua tertio vel quinto die contingit exacerbatio, à bile est, ut & caustodicum illud symptoma, vehementissima sitis, & non tam potus, quam frigidi aëris avidus appetitus. 3. somnolentia pituitam, alternus fletus à risu, Melancholiam admisceri indicio est. Avicenn.*

3. *Si nulla assunt affluxus signa, de sola congestione tumorem recte suspicaris.*

4. *Ebullitionem fieri colliges, si qua manifesta processerunt, vel etiamnum urgent ebullitionis causa, si nares sanguine stillent, adhuc in initio existente delirio, si celer & frequens Pulsus etiam magnum motum liberius peragat, nec rarsa arteria contumaciâ impediatur. (hic forte Febrilis i. e. in uno ictu inaequalitas animadvertetur, si alicubi in phrenitide animadverti potest.)*

5. *Tumor, quia semper distendit meninges, quandoque etiam disruptit & lacerat, cum dolore generatur. Et inflammata partis tensio quia pervadit arterias, nec libere dilatari patitur, fit, ut non solum celer & frequens, sed & durus pulsus sit, ut tremat & convulsive amputetur, praesertim si acrior materia sensilem membranam mordicet; delirium omnes facultates exercet.*

6. *Cerebri substantia quanto majori humorum copia irrigatur, tanto magis protruduntur oculi, praesertim in initio morbi, vertigo praecedit, propensio in somnum, somniorum varietas; tremulum est, & blandum, & hecticum Delirium, peculiariter laeditur phantasia; Mollior est, Languidus & Undosus pulsus.*



7. *Distinctiva signa sunt, absentia signorum de inflammatis alijs partibus, & delirij perpetuitas.*

8. *Cæterum, de affecta cerebri particulâ non est ut sollicite quæras, sive jubente Galen. lib. 2. de Laff. c. ix. & 3. c. vi. Nec facile indagabis, siquidem diversitas lasarum functionum, cum ad causarum. diversas Naturas & imparem impetum, tum ad resistentis virtutis inaequale robur, potius sequatur, quam ut arguat, diversitatem affecti loci, anterioris, mediae, posterioris partis cerebri, ut contra Arab. optimi quique auctores docent. Fernel. c. xv. lib. v. phys. Dunc. p. 264. Mercat.*

6. *Transeamus ad prognosin, de 1. Eventu, 2. modo eventus & tempore.*

1. *Delira inquietudo corporis, & durus pulsus, quia vires mentiuntur, cave ne te fallant.*

2. *Boni ominis est, Tingi Urinam, & alvi faeces; non tingi, pessimum indicium, quod causam morbi subinde augeri & bilem, unde tangebantur, ad cerebrum averti testetur.*

3. *Epidemia siquæ subest malignitas, auget periculum, itidem ratione causæ.*

4. *Sic, Bilius vomitus, viridis, prassei, aruginosi coloris, de redundantia pravi humoris testatur, syncope de cordis consensu; difficultas respirationis, motus impotentia & spasmus, de magnitudine affectus.*

5. *Magno periculo humores constanti flamma effervescent, majori in apostema se colligunt, maximo in cerebri substantiam tacite irrepunt.*

6. *Alieri alicui morbo quæ succedit vel supervenit, & vera fit phrenitis, quia vel cum attritis, vel cum aliò occupatis Natura viribus bellum gerit, procul dubio victoriam reportabit.*

7. *Securiora sunt sanguinea deliria cum risu, quam  
quæ.*



que à bile, & quidem variat periculi magnitudo, pro majori vel minori malitia bilis, pallida, flava, usta; Tremulum, blandum, hecticum Delirium maxime metuendum est; alieni admisti humores non parum etiam periculum ingravant.

8. *Apostemata cito auxilium poscunt; nec prodest nisi in tempore admota Medici manus. De apostemate dura Menyngis major spes est salutis, quam vel de pia matris, vel ipsius cerebri apostemate; attamen anterior pars, quod commodissimas vias in proximo habeat derivandae causae, & epithe-matum vim rectius admittat, minus periculosè agrotat, quam reliqua dua partes.*

9. *Ebullitio sanguinis, per criticam hamorrhagiam saepe desinit, vel in apostema degenerat, si negligatur.*

10. *Apostemata, 1. vel resolvuntur, 2. vel indurantur, 3. vel suppurantur, (& purulenta aquosa materia per os, nares, aures effluit, vel & cerebrum tabe & sphaclò inficit) 4. vel permutantur, in 1. Lethargum, (resoluta tenuiore bile & relicta qua admiscebatur pituita, vel nimium refrigerantibus medicamentis superaccescitur contrario affectu) in 2. anginam, 3. pleuritid. 4. peripneum, cum presentis- simo mortis periculo. 5. parotida, cum spe salutis.*

11. *Intra quartum diem jugulat crudelis hic tyrannus, raro mortem differt ultra, si differt.*

7. *Restat ut breviter subnectamus, quo modo & quibus armis debellari possit.*

8. *Præcipuae indicationes sunt (de phrenit. cum influxu loquor.)*

1. *Primas causas abscindere, unde humores vel attrahuntur, vel quovis modo ut ascendant impelluntur. 1. Calorem restringere, dolores sedare, vigiles sensus sopire, ab-*



astro sole Luna radijs, frictionibus, balneis, exercitijs,  
ut caveat & absteineat, plethoricum, cacochymicum corpus se-  
dulo monere.

2. Humores qui attrahi & ascendere possent, è medio  
removere.

3. Qui jam influunt, in itinere impedire, eminus ave-  
care & revellere, comminus repellere.

4. Qui fines Natura jam ingressi, rursus elicere  
& derivare, antequam certo loco domicilium figant.

5. Qui jam inquilini fixa sede harent, paulatim eijcere  
& discutere.

6. Interim symptomata, (deliram inquietudinem, vi-  
gilias, sitim, lingua exustionem, urina suppressionem) mi-  
tigare, commodam dietam administrare, nobiliora viscera  
ab injurijs tueri, & summo studio prospicere viribus.

9. Igitur, statim in initio morbi repellentia præscri-  
buntur & refrigerantia medicamenta.

1. Ex aquis Rosar. lactuc. Portulac. spermatis Ranarum  
&c. succis Plantag. semper viv. solani &c. Ol. Rosar. Nymph.  
papav. populeon. & aceto, fiant Embrocationes, & epithe-  
mata; Rosaceo aceto irrigati & contusi cancri poterunt em-  
plastri instar applicari; cæterum hac refrigeria tepide,  
nobili parii admoveantur, rase coronali sutura, ut tanto  
rectius penetrent, temporibus item & fronti; saepe renoven-  
tur, ne incalescant, olea sint recentia, & in augmento leni-  
ter discutiens chamomel. anethinum admisceatur. Cave  
ne repellas phrenitidem & advoces lethargum.

2. Alterando Febrili calori, & compescendo ferventi  
sanguini in liquida forma optime offeruntur, Cocta fontan.  
destillat. aqua, Ribesiorum, fragorum, cerasorum, Bugloss.  
Borrag.



Borrag. endivia, Sperm. ranar. &c. his aquis gratam aciditatem conciliabis spiritu salis, vitrioli, nitri ( cave duos hosce spiritus jungas ) vel etiam admistis aciditatibus citriorum, granatorum, aceti. Quomodo insuper per infusos flores ( vel conservas ) acidulis hisce aquis tincturam addere, & efficaciam augere possis, vid. ap. Querc. & imitare si lubet, vel vulgari forma Julapiorum utere, ascitis Syrupis. Ex pleuritis cura constat, aq. papa veris Rhead. miti narcosi, perlas, corallos, ( sive magisterio, sive sale, & quinta essentia, sive Ol. sive tinctura, sive syrupo utamur ) salino suo coagulo furorem effervescentium humorum eximie compefcere, & tranquillare.

10. Dolori, si inter attrahentes causas urget, anodyna accommodabis, Et vel causam oppugnabis supra citatis frigidis medicam. vel amica qualitate agrum tactum demalcebis, v.g. molli culcitra &c. vel si vehementissime urget, ad Narcosin confugies, ut infra dicetur.

11. Dum in his occupatur Medicus, cogitet de evacuatione per purgationem & venæsectionem.

12. Elective purgantia turgentibus humoribus locum habent, & quidem in acutissimi morbi initio; Vix in augmento, nisi manifesta perseverent indicia, etiamnum in impuro corpore exuberare efferos humores.

1. In eligendo, vel vomitorio vel cathartico, Natura dum sequetur, cavebit ne temere vehementiores Medicinas accersat, & mitioribus ne tantum conturbet humores itidem cavebit.

2. Vomitoria medicamenta passim docent practici, simpliciora enumerat Fern. lib. 5. Meth. c. xii. Lib. 7. suum diasorum



rum componit; etiam ex formicis vomitorium petitur. Chymica schola sal Vitrioli, Crocum Metallorum, & ex croci Infusione Benedictam aquam, dulcem ꝛ, & ꝛ vitæ passim laudat.

3. Quin ausim asserere, etiam juglandinis vomitorijs vitriolatas vires esse, & atriplici nitrosas. Siquidem hujus folia nitri granulis manifeste canent, & ex illius viridi cortice, quo nuces teguntur, vere vitriolum elicitor, non secus ac ex mali corio. Cæterum vomitus quando summa sit utilitas & Necessitas, vid. apud. Fenel. c. 3. lib. 3. Meth.

4. Elective purgantia sint Manna, Rhabarb. Rhabarb. extractum & insigne illud Oleum D. Ernesti Eberhardi, Catholicum Paracelsi, quod Rudius in pillulas sui nominis transformavit. Syrup. & Electuar. Rosarum Mes. &c.

5. De clysmate nota, etiam hic non tutam esse calidiorum (hiera, benedictæ,) usum, nec inepte svadere Quercetanium de admiscendo Metallorum Croco, vel croci infuso; alias vel Indo utroq;, vel diacathol. uti poteris.

13. Venæsectioni, si res ægri patiuntur, præmittitur alvi emollio.

14. Evacuationis gratia in majori plethora secatur communis vena brachij, vel si ex puerperij, mensium, Hæmorrhoidum suppressione malum trahat originem, in talo pedis Saphenæsectio præfertur, & ad originem simul fit revulsio.

15. Dein, revulsione gratia Cephalica secatur. (si exigua est plethora sola hæc Venæsectio & revellet & evacuabit sufficienter) Eodem nomine, extrema frictionibus, ligaturis, lotionibus exercebis, femori cucurbitulas affiges, alvum suppositorijs (ex melle & sale &c. vel crudo alumine) Enemate



mate stimulas, si retinere nequeat, panno podicem compriment &c.

16. Et sic demum venas Narium, Frontis, sub lingua, post aures, derivationis gratia tundes, 1. si pleno corpore hasce venas aperires, quantum derivares, tantum a fonte & plus forte influeret. 2. Collo si vincula injeceris, ut tanto rectius appareant dicta vena, simili fere incommodo nocēbis. 3. dum sit vel hæc vel illa venasectio, ministri brachium aliamve partem inquieti agri firmiter contineant, ne ictum eludere possit. 4. minus apta est lanceola, quod majora vulnera infligat, 5. Inflicta plaga vel pice vel medicamento ex aloë, albumine ovi, & pilis leporum molliusculis obducatur, ut tanto tutius coalescat. 6. Aurium pinnas scarificabis; humeris, dorso & alijs Inferioribus partibus affiges Cucurbitulas.

17. Discutiētia paulatim agant, ne cum impetu subtracta tenuiori parte, in scyrrhum degenerent reliquæ.

1. Leviora sunt fctus Spongiæ ex decocto Malvæ, althææ, vel semin. lini. Fenugraci, flor. chamomill. sambuci, & cephalicis herbis, Betonic. Rosmarin. &c.

2. Egregiam hic laudem merentur naturali suo calore tepida animalium viscera, pulmo ovis, discerptæ Columba, Gallina, Catuli.

3. Fortissime agunt, Cucurbitula, & camphoratus vini spiritus.

18. Narcotica medicamenta, quia vigiles sensus sopiunt, & furorem humorum sedant, Naturæ inducias parant, ut viros recolligere & totum robur in hostem convertere possit. Quamvis autem semper noceat, nihilominus tamen

C

men



*men in Narcosi saepe auxilium querit summa necessitas, & non raro cum magna gloria invenit, teste Heurnio. Utimur vel extrinsecus v.g. 1. macerato & in mucaginem attrito semine papaveris, 2. in aqua rosarum dissoluto opio, vel narcotic. trochiscis Fernel. 3. Unguento Holler. quod mirifice conferre dicit autor. Vel intro assumimus, Requietis Nicol. pil. Cynogloss. philon. quantum expedit. Laudani aliquot gr. vel Nepentheos ex vitrioli viridi Leone & Luna vel Sole.*

19. Cordial. & epatica epithemata repete ex Februm cura, ut & diætæ præcepta, interim moneo ut tenebras & lucem ita temperes, pro ut oculi vel bene vel male sese habent, & vel tenebras, vel lucem amant, Holl. De potu parcibum tuum ægrum ut admoneas necesse est, ut & de excernenda urina &c. Quia alibi occupata phantasia latrantem appetitum non audit, & excreticis stimulum contemnit. Si quid præterea ægri morbus desiderat, illud præsentis Medici industriæ committimus:

## Corollarium.

Recte analytico ordine conscribuntur  
Medicæ artis præcepta.

### I.

*Singula artes in certo objecto, certo fine, certo modo occupantur.*

*Hinc,*



II.

Hinc, in artium definitione, objecti, Finis, & modi mentio fit.

III.

Et hinc cum tradit artem artifex, ignarum discipulum docet,

Quis sit finis, id est, qua spe & fructu laboret,

Quodnam sit artis objectum,

Quo modo operetur, id est, quibus instrumentis, qua ratione utatur;

Et vel statim ipsum opus praeit, ut, dum imitatur, discat: vel praemissis aut adjunctis praeceptis animum prius instruit.

IV.

Hoc ordine etiam medicina recte traditur.

I.

De fine monet Definitio.

II.

Physiologia, Pathologia, & aetiologia in explicanda objecti Natura, prout finis requirit, occupantur, & quae sit Naturalis constitutio, unde & quot modis ledi possit, enarrant.

3. occupantur



III.

inquit de affecta partis, morbi, & morbi-  
fica causa signis agit, item de praecognoscendo mor-  
bi eventu, modo, & tempore eventus; quia sine  
hisc praecognitis non est quod de curatione cogi-  
temus.

IV.


Ultima pars remediorum doctrinam proponit,  
& medendi methodum praescribit.













Quisquis enim duros casus virtutis a  
Perfert, ille sibi laudemq; decusq; p  
at qui desidiam luxumq; sequetur u  
dam fugit oppositos incauta mente l  
turpis, inopsq; simul miserabile tran

Postremum Tempus est, ut omnia indefatig  
nuentur, is χειρὸν παλιῶ, ὅπως ἢ μάθ  
δειῶσι ἢ διαλδέως ἰσὺς καὶ πρὸς ἐξενέγκη  
natura benignitate, & artis obstetricatione  
tunc ac copiose fructus suos ferat. Quod si  
tione certè præstatur ac perficietur. Neq;  
agenda aut facienda sunt scire, nisi ea opere  
pleamur, in particularium utique crebro ve  
que qui consummatus & perfectus haberi vult  
in Universalibus industrius erit, hoc est, m  
quâ pro norma in conficiendis ad se pertinent  
tur, inque particularibus ab ineunte atate a  
senium perseveranter sese excercebit, ut pot  
Artis ratio consistit. Et videmus quotidi  
magis id, quod intendunt, consequi, quam  
absq; experientia tenent; cuius causa inde de  
sit Universalium, experientia autem singul  
ipsa omnes circa singularia fiant. Ob id h  
per accidens sanat, qui medetur, sed Callia  
alium quempiam eorum, qui sic dicuntur, hoc  
homines, uti Gal. ait. Si quis itaque rationem  
teneat, & universale quidem cognoscat, quo  
particulare ignorat, sæpenumerò à sanando e  
bit. Ista divinus senex noster, Medicina  
nus, non tantum eloquentus fuit, sed & app  
eorum, quæ ex terrâ nascuntur, explanavit

ca 3

